Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

filii beniamin in illo tempore et
date sunt eis uxores de filiabus
iabes galaad alias autem non recepe
runt quas simili modo traderent
Uniuersusque israel doluit ualde et egit
penitenciam super interfectionem u
nius tribus ex israel. Dixeruntque
maiores natu quid faciemus reliquis
qui non acceperunt uxores omnes enim
in beniamin femine conciderunt et
magna cura ingentique studio pro
uidendum est ne una tribus delea
tur ex israel. filias nostras dare eis non
possumus constricti iuramento et ma
ledictione qua diximus. maledictus
qui dederit de filiabus suis uxorem
beniamin. Ceperuntque consilium
atque dixerunt. ecce sollempnitas
domini est in silo anniuersaria que sita
est ad septentrionalem plagam.
urbis bethel et ad orientalem plagam
uie que de bethel tendit ad sicimam
et ad meridiem oppidi lebona. Precepe
runtque filiis beniamin atque dixerunt
Ite et latitate in uineis. Cumque ui
deritis filias silo adducentes choros
ex more procedere. exite repente de ui
neis et rapite eas singuli uxores
singulas et pergite in terram beniamin
Cumque uenerint patres earum et
fratres et aduersum uos queri ceperint
atque iurgari dicemus eis. miseremini
eorum. non enim rapuerunt eas
iure bellancium atque uictorum. sed
rogantibus ut acciperent et non dedi
stis. et a uestra parte peccatum est.
Feceruntque filii beniamin ut sibi
fuerat imperatum. et iuxta numerum
suum rapuerunt sibi de his que du
cebant choros uxores singulas. ab

ierunt que in possessionem suam e
dificantes urbes et habitantes in eis
filii quoque israel reuersi sunt per tribus et
familias in tabernacula sua. In die
bus illis non erat rex in israel. sed unus
quisque quod sibi rectum uidebatur
hoc faciebat. Explicit liber Iudicum.
In diebus autem. Incipit Ruth.
unius iudicis quando iudices pre
erant. facta est fames in terra. abiitque
homo de bethleem iuda ut peregrina
retur in regione moabitide cum
uxore sua ac duobus liberis. Ipse
uocabatur elimelech. uxor autem
eius noemi. et duo filii eius. alter
maalon et alter chelion. ephratei
de bethleem iuda. ingressique regionem
moabitidem morabantur ibi. et mor
tuus est elimelech maritus noemi
Remansitque ipsa cum filiis qui ac
ceperunt uxores moabitidas quarum
una uocabatur orpha. et alia ruth.
manseruntque ibi decem annis. et
ambo mortui sunt. maalon uidelicet
et chelion. remansitque mulier or
bata duobus liberis. ac marito. et
surrexit ut in patriam pergeret cum
utraque nuru sua. de regione moabi
tide. audierat enim quod respexisset
dominus populum suum et dedisset eis
escas. Egressa est itaque de loco pe
regrinationis sue cum utraque nuru
et iam in uia posita reuertendi in
terram iuda. dixit ad eas. ite in do
mum matris uestre. faciat uobis
cum dominus misericordiam sicut
fecistis cum mortuis et mecum. det
uobis requiem in uenire in domibus
uirorum quos sortiture estis et os
culata est eas. que eleuata uoce ce

perunt